niſi diſpoſicō corpis aliū ſitū
exigerꝫ q̄ naturalis ſitus eſt.
ut fieri poſſꝫ. ꝓpter egritudīeꝫ
vel pinguedīnē. vel piculū ſuf
focandi fetum. aut ꝓpter aliā
cauſam racōnabilem. Quinto
fit ocubitus impetuoſus cum
fit tp̄e ꝓhibito. ꝛ tunc potiſſi
me peccat ille qui petit. Sexto
cum fit in loco indebito ut ī ſa
cro vel in publico in ſcandalū
aliorum. Septimo qui acce
dit ad impregnatā vicinam
ꝑtui vbi timor eſt de aborſu.
Octauo cum quis accedit ad
menſtruatā ſaltem naturalit̄
menſtruū habētē. vbi videtur
ſm ſco. q̄ petēs ſciēter peccat
mortaliter qꝛ ut dic̄. nō eſt ve
riſimile q̄ lex noua minꝰ intē
dat caſtitatē q̄ vetꝰ. S; leuit.
.xx. dicitur Qui coperit cū mu
liere in fluxu mēſtruo ꝛ reuela
uerit turpitudīnē eiꝰ. Ipſaq;
aperuit fontē ſanguinis ſui ī
terficiētur ambo de medio po
puli ſui hoc aūt ſm ſco. non in
fligitur niſi ꝓ mortali. Hoc ra te
net ſic ſcotꝰ. ſcūs tho. ad idem
declinare videtur in. iiij. Vnde
gloſando illā auctoritatē dic̄
q̄ intelligitur qn̄ vtq; volūta
rie cōſentit. Nono videtur im
petuoſus in eo qui petit debi
tū ptꝰ votū cōtinētie a ſe emiſ
ſum pari cōſenſu. Aut ante ma
trimoniū emiſſum cū quo nō
eſt diſpenſatum In p̄fatis caſi
bus omnibꝰ actꝰ mr̄imonial̄
eſt pccm̄ mortale vel multum ꝓ
pinquus mortali. Notādum tn̄
ꝓ intellectu nomi modi. q̄ ille
qui vouit caſtitatē ꝛ cōtrahit
mr̄imoniū intencōe cōſuman
di ꝑ carnaleꝫ copulam peccat
mortaliter. Secus ſi ſolum ani
mo cōiugalis ſotietatis Item
q̄uis qui vouit cōtinenciā ꝑ
petuā non peccꝫ mortaliter ptꝰ
primū actū mr̄imoīalē: peten
ti cōiugi implicite vel explicite
debitum reddendo ſm multos
tn̄ peccat mortaliter debitum a
cōiuge petendo. niſi ſecum fue
rit diſpēſatū. Itē ſic neuter con
iugum pōt cōtinētiam vouere
ſine cōſenſu alteriꝰ. ſic eciā ꝓ
babiliꝰ eſt q̄ neuter poſſet vo
uere nolle petere debitū ſine
alteriꝰ cōſenſu. oīa illa ſunt de
mente ſancti thome in. iiij. Itē
qui vouit cōtinētiam ꝑpetuaꝫ
etiam peccat mortaliter. primo
actu mr̄imoniali ꝑ quē cōſum
mat mr̄imoniū, qꝛ votum ſua
re poterat poſt cōtractū religi
onem intrādo qđ non fecit.

¶ Capitulū quītum

Cum ventris in glutti
es ſit cauſa mechie ꝛ
luxurie ut patuit in p̄
mis parētibus q̄ poſt cibū ſta
tim erubuerūt gen. iij. Et Rō.
.xiij. nō ābuleꝰ ī comeſſacōibꝫ

⁊ ebrietatib⁹. Et ſequitur nō
in cubilib; ⁊ in pudicicijs. Idē
a patuit in zodomitis ¶ Vn̄ eze
ch. xvi. hec eſt iniq̄tas ſororis
tue zodome. ſupbia. ſaturitas
panis. ⁊ habūdātia. ⁊ otiū ipi
us ⁊ filiarū ei⁹ Idcirco de vicio
gule tria ſūt vidēda Vn̄ ſalua
tor luc. xxi. ait. Attendite ne g̃
uētur corda vr̄a crapula ⁊ ebe
tate. Crapula id ē cruda epu
la. Ideoq; de vtroq; vidēdū ē.
Primo de gula i gn̄e. Secūdo
de ſobrietate Tercīo de ieiunio
quomō ad illud teneamꝰ. Qn̄
tū ad primū tria dicētur pn̄ci
paliter. Primo quid ſit tpan
cia. ⁊ quid gula. Secūdo que
ſint ſpecies gule. Tercīo qn̄ ſit
mortale vel veniale peccatum.
Qn̄tum ad primum notandū
ꝙ ad intelligendū quid ſit vici
um caſtrimargie ꝯgruit ſcire
q̄uo abſtinēdū ſit. Eſt aūt ab
ſtinētia ſumpcō vel ſbtractio
cibi vel pot⁹ ſm ꝙ rcā dictat
racō Vn̄. ij. pet. i. miniſtrate in fi
de veſtr̄ virtutē. in virtute au
tē ſcientiā. in ſcientia aūt abſti
nēciā Ex q̊ ptꝫ abſtinētiā fieri
opterē ſm ſciāz. vicꝫ qn̄tū op
tꝫ ſumendo. q̄lia optꝫ. vbi optꝫ
quādo oportꝫ. ⁊ ꝓpt quid opor
tet pro congruentia hominū
bonorum cum quibus viuit
homo. ⁊ pro congruencia per
ſone ſue ⁊ pro ſue valitudinꝭ

conſuetudinis etatis laboris
roboris ⁊ incomoditatis ne
ceſſitate vel congruentia ut di
cat Aug⁹. in li. de queſtionib⁹
euāgelij. Et etiam ſm regionē
in qua quis degit quia i vna
ciu⁹ conſumitur cibus. q̄ i alia
⁊ ſic de tempore. ¶ Secundo b
notādum ꝙ corpus nobis da
tum eſt ut ſeruiat ſpiritui nr̄o
ad opera bona. que in hac vita
non poteſt ſpiritus exercere ſi
ne corporis miniſterio Sed ci
bus. potus. ſomnus. ⁊ huiuſ
modi ſunt nobis data: ut p eo
rum vſum cōſeruem⁹ corp⁹ ꝓ
poſſe in tali habitudine ut ſit
bene diſpoſitum ad ſpiritui ſer
uiendum. Sicut inſtrumētū
bonum ⁊ aptū deſeruit expedi
te artifici ad laborādū. Eſt er
go regula ꝙ tunc homo tpa
te viuit in cibo ⁊ potu quādo
in eis talem modū ſeruat i quā
titate ⁊ qualitate. vicib⁹ ⁊ ſic
de alijs circūſtancijs. ꝙ p hoc
corp⁹ ſuū in tali ſtatu ⁊ robo ē
ponit. ⁊ ꝯſeruat ꝙ ipē poſſit fa
cē ea q̄ ſibi ꝯpetūt ſm offitium
ad vitādū vitia. ⁊ de die i diem
ꝓficiēdi i v̓tutib;. Ide itelligo
de ſono vigilia ocio ⁊ exercicō
⁊ ſilib; ad corp⁹ ptinentib⁹ ut
vult aug⁹. i li. de moib; eccie.
Sꝫ aūt ſignt̄ ꝙ in ſpiciēda ſūt
etas. ꝯplexio. ꝯſuetudo. ⁊ filia.
ꝙ iuueīs valꝫ qđ nō valꝫ puer

Sanꝰ qđ non valꝫ infirmus
paup valet qđ nō diues vn̄ ſi
diues delicate nutritus ſtatim
vellet groſſa ſumere: infirma
retur. ideo dic̄. de diuitibꝰ Au
gꝰ. in de verbis dn̄i. vtātur di
uites cō̄ſuetudine infirmitatꝭ
ſue. ſꝫ doleāt ſe alit̄ non poſſe.
meliꝰ enim vellēt ſi aliter poſ
ſent. Tu ergo diues vtere cibꝭ
electis ꝛ p̄tioſis. qꝛ ſic cō̄ſueui
ſti ꝛ aliter non potes. Quia ſi
ꝯſuetudinē mutas: egrotas.
Cōceditur ergo tibi vtere ſub
tilibꝰ. da paupibꝰ ſuperflua.
vtere p̄cō̄ſis. da paupibꝫ vilia
hec ille. Sic etiā ſenex indiget
melioribus q̄ꝫ iuuenis fortis
Similiter delicate ꝯplexiona
tꝰ indigꝫ ꝑ bono ſtatu ſui cor
pis ſubtilioribꝫ ꝛ magis delica
tis q̄ꝫ robuſtus ꝛ groſſi corpꝭ
homo. quē panis ꝛ legumina
plꝰ accēderēt q̄ꝫ alterū carnes
Sic etiam ſm offitia attēden
dum eſt. qꝛ fabꝛ vel ſimilē me
chanicū plꝰ ꝛ crebriꝰ oportet
comedere ꝛ ſibi forte groſſio
ra ſuffitiūt q̄ꝫ inſudāti ſtudio
r a ſpūali exercicō ¶ Tercō no
tādū ſm qꝫ aliqui vaias intē
cō̄nes hn̄t qui ſumunt cibum
aut potū modeāte. ſm hoc etiā
ſūt diuerſe abſtinētie. Et ſunt
ſex. quaꝝ vna ſola virtus eſt.
vnde vſus Abſtiēt egeꝛ. egēs
cupidus. gula. ſimea. virtus.

Prima abſtinētia dꝛ medicīa
lis q̄ fit ſolū ꝓpt̄ ſanitatem cor
pis ꝯſeruandā aut recupādā
ꝛ non eſt virtus. qꝛ ibi deficit
optima circuſtātia q̄ eſt finis
debitus i ſcđo nōbili tactꝰ. dꝛ
aūt ſolum qꝛ ſi abſtinerꝫ pro
pter ſanitatem corpis non ibi
ſiſtendo ſꝫ eam i bonū virtutꝭ
ꝛ dei obſequiū ordinādo eſſet
meritoria. Scđa dꝛ abſtinē
cia auaritie que fit ſolum ad p
cendum expenſis nec virtus ē
Dicitur etiā ſolū qꝛ ſi abſtine
rꝫ ꝓpt̄ minus expēdere. nō ibi
ſiſtendo. ſꝫ vlterius referēdo in
fines debitos ut ꝓpter miſicior
die opa facienda vel ſibi racō
nabiliter in futurū prouidēdo
vel ad laudem dei ꝛ ad ſimilia
tunc virtus eſſꝫ qn̄ ſaltem alie
circūſtācie debite ibi eēnt Ter
cia dꝛ paupertatis. que fit ſo
lum ex neceſſitate penuie. nec
iſta eſt virtus. niſi paup non
habēs vn̄ laute viuerꝫ abſtie
ret contentus hijs que hꝫ. tn̄
cum illa intencōe qꝫ ſi etiaꝫ mt̄
ta poſſiderꝫ: nollet lautiꝰ viue
re. ex quo illđ ſibi ſufficit pro
cō̄uenienti corpis valitudine
Sꝫ ſi vellet ſic viuere ꝓpter de
um. illa eēt vera virtꝰ abſtinē
tie. Quarta vocatur abſtinen
tia ypocritꝭ. que fit ꝓpter hoīm
inanem gloriam. ꝛ hec ſep eſt
mala Quinta eſt religionis q̄

fit ſm dictamen recte racōis p
pter deū· modo dicto i notabi
li ſecūdo· Sexto additur cum
quis racōne gule ieiunat ideſt
qn̄ quis abſtinet ſolū vel pn̄ci
paliter ꝓpt' hoc ut poſtea dele
d ctabili⁹ comedat· Qrto no
tādum ꝙ gula opponitur tēpe
rātie ⁊ abſtinētie· ⁊ ē actualis
duplex gula· Vna interior q̄ ē
animalis ⁊ immoderata appeti
tio immodeāte edendi aut bibē
di ꝓpter cōcupiam cibi aut po
tus delcābilis aut ipſius delcā
cōnis Sꝫ exterior actualis gu
la ē immoderatus eſus aut po
tacō ab interiori inordiata edē
di aut potandi appeticōe impe
ratus· Dicit' p̄mo ꝙ ē aīal' ap
peticō· ad drām famis ⁊ ſitis q̄
ſunt appeticōes naturales nec
ſubiciuntur racōni Gula autē
eſt appetitus animalis q2 ē ap
peticio actualis exiſtēs in volū
tate· aut in ſenſualitate· a volū
tate tn̄ aliquo modo dependēs
⁊ rationi potēs ſubici· Dicitur
ſecūdo appeticio non delcācio·
Pro quo notandum ꝙ circa
ſūpcōnē cibi aut pot⁹ tria ſūt
conſiderāda· Primū eſt ipſa de
lectacio q̄ eſt in ſumpcione ci
borum aut potuum· Et iſtā de
lectacōeꝫ virt⁹ tpantie ſeu ab
ſtinencie non auffert· nec vid'
eam moderare· q2 naturalis ē
hmōi delectacō· ⁊ eſt maxime

in abſtinentibus· quibus pa
nis plus ſapit ꝙ̄ guloſ piſces
aut carnes· ⁊ hoc propter na
turalē appetitum neceſſarij ci
bi ſibi Secundum eſt ocupia
⁊ illa eſt amor ⁊ deſiderium
delectacōnis que eſt in ciborū
⁊ potuum ſumpcione ⁊ eſu· de
lectacio enim experta in cibis
⁊ potibus cauſat amorem ⁊ de
ſiderium ſui· Et iſtam concupi
ſcēciam moderatur virt⁹ abſti
nencie· ne ſua magnitudine fa
ciat excedere circa cibos ⁊ pot⁹
contra bonū rationis eos ſumē
do vel appetendo vltra debitam
quātitatem· qualitatē· tpus· ⁊
ſimilia· Terciū ē actus interior
⁊ volicio ſumendi cibum· aut
exterior actualis ſumpcō ab i
teriori volicione imperata· que
volicio cauſat habitum abſti
nencie: prompte ⁊ faciliter in
clinantem ad debite ſumēdū
victum Vnde gula non eſt de
lectacō cauſata ex ſumpcione
cibi aut potus· ſed ē animalis
appeticio ſeu concupiſcentia i
ordinata· Dicit' tercō ꝙ ē ap
peticō inordiata. nō enim oīs
appeticio edendi aūt bibendi
animalis ē gula· ſed appeticō i
ordinata ut cum quis voluta
rie vult ⁊ appetit cibum vel po
tum aliter ꝙ̄ ſm dictamē rcē
rōnis· ut ſcꝫ pl⁹ ꝙ̄ oportꝫ· An
tpus· ⁊ ſic de alijs circūſtācijs

Dicitur quarto ꝓpter concupi
ſcētiā cibi delectabilis nā ſi qs
excedit i qualitate· qͣtitate· ꝗ
ſcḋm aliam circūſtantiā; Ita ꝙ
appetat aut ſumat cibū plus
debito aut delicatiorē ꝙ̄ neceſ
ſariū ſit: aut añ debitam horā;
⁊ hoc nō ꝓpt̄ cōcupiſcētiā· ſed
eſtimās ſibi neceſſariū non ꝑ
tinet hoc ad gulam ut dicͭ tho·
·2·2·q·Cxlviij· ſ; ad quādā im
pietā;· nec eſt ſemꝑ pcc̄m qꝛ
nō pōt ſemꝑ ab homine vitaī
Vn̄ dicit greg· iij· moꝝ· Quia
per eſū voluptas neceſſitati mi
ſcet̄ ·quid neceſſitas petat· ⁊
quid voluptas ſuppetat· igno
ratur. Et Aug9 ·x· cōfe· Quis ē
dn̄e qui aliq̄ꝰ tulū extra metas
neccitatis cibū non ſumat. S;
ſi qͣs ꝓpter cōcupiſcētiā id eſt
amorē ⁊ deſideriū delectacōis
que habetur i edēdo ⁊ potādo
excedat menſurā in edendo ⁊
potādo· hoc eſt gule· ſiue ſit ex
terior ſiī pcō· ſiue ſola interior
volicō vel appeticō· ⁊ ſemꝑ eſt
e pcc̄m ¶ Scd̄o principaliter
ē videndū q̄ ſint ſpēs gule Sūt
aūt plures. qn̄q; ponit glō· ⁊
greg̃· ſuper illo geñ. xxv. vbi
eſau ait. Jacob da m̄ de coctio
ne hac rufa· Et ſumuntur ex
·xxx. moꝝ· Et oēs ſunt ſcḋm ob
miſſionē ⁊ defectū circūſtanci
arū principaliū que requirū
tur in virtute abſtinētie Vn̄

ūſus Pre. ꝓprie. laute· nimis
ardenter· ſtudioſe· Prima ē cū
ante debitā horā ſumitur cib9
aut potus ſine racōnabili cau
ſa. ſ; ſolū ex inordinata concu
piſcētia ciboꝝ aut potuū. de ta
lib; dic· apl̄s. phil· iij. quorū
de9 venter eſt· qꝛ primo querit
regnū dei ſui Regnum aūt dei
noꝝ eſt eſca ⁊ potus. Scd̄a ē
quādo homo querit laucōres ⁊
p̄cioſiores cibos. quos nō req̄
rit ſupdicta ſui corꝑis valitu
do· nec honeſtas ſtat9 aut per
ſone· ſ; hoc in eo cauſat inordi
natus amor delectacōis que ī
talibus eſt Sic filij iſrahel nu
meri. xi· carnes deſiderabant ⁊
puniti ſunt· Et luc̄· xvi· Diues
epulo epulabat̄ q̄ͦtidie ſplen
dide· Quo contra Sen̄· palatum
tuum fames excitz nō ſapores
Tercia qn̄ homo ea q̄ in cibis
ꝗ potibus ſumēda ſūt· vult ⁊
appetit ea nimis accurate ꝑpa
rari· frigēdo· aſſando. elixando
⁊ ꝑ diuerſa exquiſita cōdimē
torum genera· ut hominē ad ſu
pfluē ſumēdum non ſolū inci
tent guſtu ꝑ diuerſos ⁊ delica
tos ſapores: ſed etiam viſu per
varios colores. ⁊ olfactu per
multimōs odores· Sic fecerūt
filij heli. p̄mi re· ij· qui ut dic·
magiſter i hiſt. ſcolaſtica Añ
ꝙ̄ adoleret adipē· tollebāt ab
offerentibus crudam carnem

ut lautius ſibi ꝓcuraret. Tales
ſunt ſicut beſtie ruminātes ſtu
dioſe· vicꝫ medicātes de accuā
tis· Sed differūt ab eis qꝛ be
ſtie poſt cibū iſti aūt an̄ rumi
nāt. Quarta eſt qn̄ homo nimiſ
in quātitate excedit in cibo vel
potu plus ſumendo in quātita
te ꝙ ſit ſibi neceſſe aut ꝯueniēſ
magis ꝓpter delectacōē ſe im
plens ꝙ reficiens· hec vna fuit
cauſa ſubuſionis ſodome Vn̄
Ezech· xvi· Ecce hec fuit iniqui
tas ſororis tue ſodome· ſupbia
ſaturitas panis· ⁊ habūdātia
⁊ otiū ipſiꝰ· ⁊ filiarꝫ eius ⁊ ma
nū egeno ⁊ paupi nō porrige
bant· Quinta cū homo nimio
deſiderio ⁊ auiditate victū quo
dāmodo· vorat ſicut lupus vel ca
nis famelicus · Sic fecit eſau
gen̄· xxv· Nam Jacob coquen
te pulmentum: venit eſau laſſꝰ
de agro dicens· da mihi de co
ctōne hac rufa· Et ſequitur en
moior· Et ſic accepto pane ⁊
lentis edulio vendidit primo
genita ſua Jdō dic̄· Augꝰ· Me
lius eſt piſcibꝰ veſci more dn̄i·
ꝙ lenticulam more iumētorū
Item idem· Mallē piſcem ꝯme
medere cū dn̄o· ꝙ lenticulaꝫ cū
eſau· Sexta ſpēs eſt· cum quiſ
nimis frequēter ſumit cibū aut
potum· hec fuit vna cauſa dam
nacōnis diuitis luc̄· xvi· qꝛ epu
labatur ꝗtidie ſplēdide· Suꝑ

ficit ei hōi ſano ꝗ non ē puer ā
intētus labore graui bis in die
ſumere cibū Aliter facere morē
porcorum ⁊ beſtiarum eſt ſer
uare· Eſt enim prouerbium vul
gare· Semel ſumere cibum ē
diuinum· bis humanum· ter ⁊
vltra beſtiarum· Septima eſt
noua ⁊ incōſueta ſumere· hec
eſt enim cauſa· quare ſm ſuam
ꝑiodum beſtie diutius viuūt
ꝙ homines quidā viuāt· quo
rum periodus· id eſt ſpatium
vite· eſt ſm pſal· in ipſ ſeptua
ginta ānī· Si aūt in potentati
bus octuaginta anni: ampliꝰ
eorum labor ⁊ dolor· Quia ho
mines quidaꝫ noua ⁊ incōſue
ta ſumunt cibaria· beſtie vero
ſemper fere eadem ut vacca fe
num· Unde Eccl̄i· decimo· Om
nis potētatꝰ breuis vita Octa
ua eſt quando homo multis ⁊
varijs ferculis ⁊ potibus vult
vti· non ad ſuſtentandū natu
ram ſed ad irritādum gulam
Sic feciſſe videtur aſſuerꝰ rex
gentilis heſter· primo· de quo
facto conuiuio ſolēniſſimo di
citur · bibebant qui inuitati
erant aureis poculis· et alijs
atqꝫ alijs vaſis ſibi infereban
tur · Nona eſt cum precioſa
vel ſumptuoſa nimis quis pro
curat non habens reſpectum
niſi ad hoc ꝙ ſint magis ſapo
roſa· ꝓpt qd̄ dominꝰ videtur

quinqȝ milibꝰ non rara ſȝ coīa
in iſta terra in qua fuerūt ꝑcu
raſſe. cum de quinqȝ paībꝰ or
deaceis ⁊ duobꝰ piſcibꝰ ſacia
uit eos. non enim legitur ꝙ
potū vini defecit. carnes aut de
pane triticeo. q̄ꝛ oībus cōmu
nia ſuffitiūt ⁊ plus nōnunq̄
f ꝓficiūt ¶ Quo ad tertiū prin
cipale dubitatur q̄n gula pec
catū ſit mortale vel non. Re. ſm
tho. vbi ſup̄ Qn̄ hō tātū amat
⁊ deſiderāt delectacōes in cibiſ
ut ꝓpt̄ eos cōſequēdos deū cōtē
nit. paratus agere vel etiam
agens cont̄ dīna precepta. ut
huiuſmoi delectacōes cōſequa
tur tunc ē mortale pctm̄. q̄ꝛ ꝓpo
nit delectacōeȝ hmōi deo. Qn̄
vero quis amat hmōi delecta
cōnes plus debito: citr̄ tn̄ deū
q̄ꝛ licȝ amet ⁊ deſiderȝ plꝰ debi
to hmōi delectacōes: tn̄ neq̄
ꝙ vellȝ ꝓpter eas agere contr̄
legē dei. tunc ē veniale pctm̄
Et hoc vult augꝰ. in ſmone de
igne purgatorij. vbi dic̄. Quo
ciēs aliq̄s i cibo aut potu pluſ
accipit ꝙ neceſſe ſit: ad minu
ta peccata nouerit ptinere. Et
hoc intelligitur cū ꝓpter amo
rē delectacōis hoc cōtigit quā
plꝰ debito amat. licȝ citra deū
Qn̄ aūt gula q̄ ad potum ſit
mortale patebit ſtatim. Ex p̄miſ
ſis ptȝ ꝙ gula eſt pctm̄ mortale
quādo ꝓpter crapulā. ieiunia

eccl̄ie vel miſſa in diebꝰ dn̄icis
vel magnis ſeu p̄cipuis feſtis
negligit̄. Scd̄o poſſȝ eē mor
tale qn̄ cōſcientia alicui ꝓbabi
liter dictarȝ. ꝙ comedere vl̄ bi
bere vltra talem mēſurā eſſȝ de
ſtructio nature. vel ſoluere ie
iuniū tali die. ⁊ comedēt tales
cibos eēt cont̄ p̄ceptum eccl̄ie. l̄
ſcādaliſaret nōbiliter proximū
Tercio poſſȝ eē mortale quādo
q̄s comederȝ vel biberȝ ſine di
ſpēſacōe vel neccitate cōtr̄ illō
qd̄ vouit. patent iſta. q̄ꝛ in oi
bꝰ iſtis homo paratus eſt face
re cōtra dei p̄ceptū ꝓpt̄ gulam

¶ Capitulum Sextum

Dictū eſt i precedētibꝰ
de vna ſpē tpantie. vi
delicȝ de ꝑſimoia ſeu
frugalitate q̄ ē modeāta ſup
cō vel ſbtractio cibi ſm rectā
racōem. Iam dicēdum eſt de
alia ſpetie vicȝ de ſobrietate. q̄
ē virtꝰ diſponēs hoīeȝ ad ha
bēdū ſe bene circa vſū potus in
ebriare valētis. de q̄ tria tāgen
tur. Primo ꝙ neceſſaria ſit ſo
brietas. ⁊ q̄d ſit vitiū ſibi op
poſitū ſcȝ ebrietas. Scd̄o de
filiabꝰ gule Tercio de r̄medijs
videbitur gule tam quo ad
ꝑſimoniā ꝙ quo ad ſobrietatē
¶ Qn̄tum ad primū nōndū a
ꝙ ſobrietas ē virtus inclinanſ
habētem ut dictū ē. ut vtatur
potu tpate i q̄litate in q̄ntitate